

Iunius quidam tentatus ut <sup>a</sup> infernas umbras carminibus eliceret, <sup>b</sup> ad Fulcinium Trionem indicium detulit. Celebre inter accusatores Trionis ingenium erat, <sup>c</sup> auidumque famæ mala. Statim corripit reum, adit consules, senatus cognitionem poscit, & vocantur patres, addito, consultandum super re magna & atroci. Libo interim, veste mutata, cum primis fœminis, circumire domos, orare ad fines, <sup>d</sup> vocem aduersum pericula poscere. <sup>e</sup> abnuentibus cunctis cum diuersa prætenderent, eadem formidine, die, senatus metu & egritudine fessus, siue, ut tradidere quidam, simulato morbo, lectica delatus ad fores curia, innisusque fratri, & manus ac supplices voces ad Tyberium tendens, <sup>f</sup> immoto eius vuultu expicitur. Mox libellos & autores recitat Cæsar, ita <sup>g</sup> moderans, ne lenire, neuere asperare crimina videretur. Acceserant præter Trionem & Catum accusatores Fonteius Agrippa, & C. Liuius, certabantque cui ius perorandi in reum daretur, donec Liuius, quia nec ipsi inter se concederent, & Libo sine patrono introisset, singillatim se crimina obiecturum professus, protulit libellos recordes adeo, ut consultauerit Libo, an habiturus foret opes, quis viam Appiam Brundusium usque pecunia operiret. Inerant & alia huiuscemodi <sup>h</sup> stolidi, vani, si mollii acciperes, miserae. Vni tamen libello, manu Libonis, nominibus Cæsarum aut senatorum, additas atroces, vel occultas notas accusator arguebat. Negante reo, adgnoscentes seruos <sup>i</sup> per tormenta interrogari placuit. Et quia vetere senatus consulto, <sup>j</sup> quaestio in caput domini prohibebatur, callidus & noui iuris repertor Tyberius, <sup>k</sup> mancipari singulos actori publico iubet:

## O B S E R V A T I O N E S.

<sup>a</sup> Infernas umbras carminibus eliceret, est crimen atrox, ac legibus, & pena coercendum.

<sup>b</sup> Qui rogatus est ut aliquid scelus patraret, duabus de causis eius rei indicia ad magistratus deferre debet: nam cum qui se tam prava mente existimauit, ut celeste aliiquid faceret, vicijicitur: & si quia alia forte res ad magistratum perueniret, eius quoque criminis reus & ipse videri possit, si non illuc totius indicium ad eum, cui id iurisdictionis est, detulit.

<sup>c</sup> Quedam reperiuntur ingenia acria simul, & auidi, quidem famæ, sed male.

<sup>d</sup> Cui atrocia crimina, presentum maiestatis, obiciuntur, huic nemo, ne ad fines quidem ipsi adesse audent, ne & ipsi eodem crimine contacti videantur.

<sup>e</sup> Crimine, quod aliqui obiciuntur, nondam probato, ita princeps, quia pro principe est, de eo loqui, eaque moderatione uti debet, ne quicquam lenire aut asperare videatur. hoc imprimis in omnibus indiciis obseruandum est.

<sup>f</sup> Cum in peroratione, seu epilogi grande totius cause momentum sit, persæpe contendebant oratores, cuinam hoc ius perorandi daretur: nempe, qui perorauerat, hic pene unus aut reum subleuasse, aut totam accusationem peregrisse dicebatur.

<sup>g</sup> Vecordia, stoliditas, vanitas miseratione potius est digna, quam pena & supplicio vindicanda.

<sup>h</sup> Heu miseram seruorum conditionem, qui negante que obiciuntur, domino, per tormenta, interrogantur.

<sup>i</sup> Planè iniquum videtur, quaestionem de seruis haberi in caput domini.

<sup>k</sup> Ecqua tandem lex est, cui à validiore, callida inris interpretatione non fiat fraus?

v. i. defensione  
& paronum,  
quomodo plus  
est Cic. in orat.  
pro Arch. poë.  
ta.

2 libr. 16. Ann.  
donec primi  
cepsim nobilis  
se precibus, &  
inuidiæ iuxta  
offendit,